debeat apportare ad plateā Soīs Ivenij illas cestas et panarias quas eis merūbū fuerit per
rectorem eoꝝ dmō q not. dannoꝝ datoꝝ teneat mittere qualibet ebdomada pro vectorij pto
et sibi iniungere q debeat precipere illis qui faciunt dictas cestas, et panarias q qualibet eb-
domada apportent illas cestas, et panarias, que per dictū not.m fuerint declarate ad
uendendum vs pro tanto precio, et qui contrafecerit soluat de facto camerario Soīs pti
pro qualibet uice qua contrafecerit ℔ sol. den. qui not.s teneat plateam discutere
pro ptē, et de facto contrafacientes condēnare in ℔ lib: den: de dictis Notarij salario
si tens fuerit condēnet Soī Ivenij applicand.

– De poena habentiū puteas uicta muros Soīs ℔ ℔ vij –

Statuimus et ordinamus q nemo audeat uel presumat tenere nec habere puteas uicta muros Soīs
intus uel extra Terrā Ivenij, nec tetamē seu simū proicere ut tenere in dictis puteis
ad poenā C. sol: den. pro qualibet contrafaciente, et qualibet uice, et not. dannoꝝ
datoꝝ qui nunc est, et pro tempore fuerit teneat quolibet mense scrutari pro ptē, et
inquisitionē facere, et in actis reducere ut tenetur prestiti iuramenti, et poenā lib.
℔ den. de suo salario Soī Ivenij applicand. et Syndicus qui erit ad sindicandū cūde
de ptē debeat sindicare, et repertum culpabilem punire et condēnare in dicta poena.

– De poena ingobrantiū Viar ℔ ℔ vij –

Statuimus et ordinamus q̃ quicumq̃ habet possessiones iuxt uias per totũ distrctũ Ivrey teneat̃ mundare sepes arbores et muros arborare qui impedimentũ prestarent in dictis uijs hominibꝫ euntibꝫ per dictas uias, et ipe uie pertãd. iacentes dict̃ possessionũ manutenean̄t et aptentur, et quilibet facere teneat̃ infra q̃ dies post ban-nimentũ sub poena C. sol. den. Cõi Ivrey applican̄. et Potãs d ptis quolibet mẽse inquirere teneat̃

~ De foueis, et letamine non tenendis in certis uijs ℟ xxviij ~

Statuimus et ordinam̄. q̃ uia qua iẽ à porta ecci ad eccl̃am S. Stephani de pladia usq̃ ad portã S. Iubiny nec in aliqua alia uia in Pladia Ivrey nulla persona audeat uł presumat habere uł habeat, nec facere ponit nec debeat foueã letaminis uł aliud impedimentũ, et contrafacientes p̃z qualibet uice p Not.m̃ dannoz dator in quinqz sol. den. Cõi Ivrey condenet̃, et possint accusari, et accusator in credentia teneat̃.

~ De poena proicientiũ letamen in foueis. Sub xx ~

Statuimus et ordinam̄. q̃ nulla persona audeat uł presumat proicere uł habere letamẽ uł aliquod impedimentũ in uia à porta Laus usq̃ ad terrã que fuit olim Marci Vengaroni nec prope dictã uiã per suas pertigas nec et̃ in carbonarijs Cõis ℟ à porta Laus usq̃ ad portã S. Stephani et à porta ecci in uia usq̃ ad carrierem qui uocatur carrer ampnzulæ nec in uia per quam itur à porta Laus usq̃ ad domũ filiorꝫ Zaccari, nec in uia qua progredit̃ à porta S.ti Stephani uersus fulginoũ usq̃ ad clusurã filiorꝫ magri Angeli beretoni, nec et̃ in aliquo psso Cõis, et siqs in ptis uł aliquo plorꝫ contrafecerit puniatur qualibet uice in centũ sol. den. Cõi Ivrey applican̄. Et Potãs qui pro tempore fuerit teneat̃ et debeat semel in mense ad petitionẽ cuiuslibet petentis poena ℔ lib. den: de suo salario inquirere et ptẽ banniri facere primo mẽsi sui regiminis, et quilibet possit contrafacientes denũciare, et accusare, et accusator habeat partem terciã banni, nec terrã uł venam cauare sub dicta poena.

~ De poena proicientis, et exercitantis bestiã morbosã. ℔ xxxxvi ~

Statuimus, et ordinam̄. q̃ nullus de Ivrio uł eius districtu uł aliunde audeat uł presumat aliquam bestiã morbosam proicere nec exercitare in eius muros et murũ Cõis nec prope per xx pertigas

et contrafaciens in xl. sol. den. soi Ireuij condemnetur cuius banni tertia pars sit accusatoris, et teneat in credentia, et cuilibet sit licitu accusare.

— De poena mensurantis terras et domos nisi prius receptis sacramentis. R. xxxij —

Statuimus et ordinamus q. nullus de Ireuio ut cuius districtu audeat ut presumat mensurare terras domos muros casalena ut lapides nisi primo de ipso officio, et mensuratione facta coram Rore et suis officialibus corpe pus tactis sacramentis, et de ipso sacramento apparuerit publicum instrumentu. Post dictu uero sacramentu possit suu officiu publice et libere exercere pro mercede infrata 13 pro quolibet modiolo terre pugillo castan pugillo casalinj mensuratis p eum xij den. accipere debeat ad plus, in quo salario computet ipius uiatieu et missio terminor, et si contra fecerit pro qualibet uice in xl. sol. den. soi Ireuij condemnet. Et omnes mensurationes terrar possessionu lapidum, et aliar rerum que solite sunt mensurari debeant mensurari ad iustam perticam soi Ireuij, et pedem s. Iuliani, et soi Ireuij, et si aliter fieret ipa mensura, et mensura omnes et singule, et contractus qui fierent alicuius uenditionis donationis ut concessionis occasione ut alicuius rei aliter quam ad dictam mensura non ualeant nec teneat ipso iure. Et q. mensuratoris qui solitu sunt mensurare, et qui mensurarent tenet, et debeant ota et singula observare, et et iurare ad s. Dei Euangelia corpe manu tactis scripturis coram Rore qui fuerit rogatus de uenditione, donatione, ut cessione pta, et coram notis ut formam.

Soi Ireuij infra octo dies post introitu ipius Notarij poena xxv. lib. den. si secus fecerit. Et quilibet possit contrafacientes accusare, et habeat tertia parte banni. Et pta Potas faciat bannire infra octo dies post introitu sui officij, et facere observari poena x. lib. den. Et q. mensuratores aliquam mensura signare non possint nisi ad dictam s. Iuliani ad dictam poena.

— De pena euntis cu corpore mortuo extra terra Ireuij R. xxxxiij —

Statuimus et ordinamus quod nulla persona habitatrix in tro Ireuij ut eius pladia audeat ut pre-

sumat ire extra portā ut portas dicti Cri ut pladia cū aliquo corpore mortuo ad poenā x sol. den;
pro qualibet uice, liceat tamen cuilibet hominis ire cū dicō corpore ad sepeliendū ipm tantū, et ho-
minibus Villar, si uenerint dmo non intrent per portam dicti Castricti Padue.

De poena extrahentis aliquid de capite mortui. Ib xxxiiij

Statuimus et ordinamus q cēs homines de Iseuio ut eius districtu quando ibunt cū aliquo mortuo ut
mortua ad ecc.am ipso corpore deposito in Ecc.a debeant statim redire, et nullus audeat ut presumat
aliquid extrahere de capite nec caputeū, nec bireū cuiusdā ut imitā, nec ipas vestes a super
nec pannos de domo dilaniare nisi pannos quib⁹ ante mortē uestiat portatū in die luctus
et nulla mulier audeat ut presumat ire cū mortuo ad ecc.am nec stare ad domū alicuius
mortui scapigliata, nec tempore luctus stare scapigliata, ut alibi in die luctus exceptis
mre u-pore filia et sorore, et idem intelligat in masculis qui nō subiacent dictis per-
sonis inferius denotatis, et nulla mulier que attineat in tertio gradu die mortis audeat
ut presumat ire in die oblationis ad Ecc.am ubi mortuus fuerit sepultus, nec ad aliquā
Ecc.am occasione oblationis mortui: liceat tamen mittere familiam ut famulos cum
oblationibus sine aliquo rumore clamore ut luctu, et qui contrafecerit imptis ut aliquo
pro⁹ soluat pro qualibet uice x sol. den: liceat tamē quatuor hominib⁹ ad dictā
Ecc.am permanere ad sepeliendū mortuū, et alia ministeria faciendū sine alig. poena,
et nulla mulier que de domo mortui recesserit die ut sequenti ad domū mortui ire-
uertat, et nulla persona ipa die mortis ut luctus, et die qua fuerit luctus sine oblatio
presumat, et ad ipam domum ire ut stare ad comedendū nisi tantū illi de familia
mortui, nec facere aliquod conuiuium de nouo pro aliquo mortuo excepta uxore et
mortui que possit uiduitatis habere, et nulla persona possit ire ad petendū licentiam
a Pōte, et sua curia quod faciat contra predicta statutū ut aliquod pro⁹ poena x sol.
den. et nulla mulier in die oblationis se scapigliare ad Ecc.am seu luctū, ne rumorem
facere ut clamorē, et que contrafecerit in pōe ut alig. pro⁹ pro uice qualibet

subiacere dicte poene et nullus audeat ut presumat ad plateam Sci accedere ad faciendū aliquod
corrupteum occasione alicuius mortui ut morue liceat tamen cuilibet mortuum ut mortuam
per plateam deferre et ei ipso transire nullam faciendo morā, et qui contrafecerit
in pēa ut aliquo pēz vi.s. viij. d. Sci Ireuij condēnet, et pēa hec et singula fuerit
obseruari Potās Terre Ireuij et inquirere tempore ludus, nec Potās con pēa uel aliquod
pēz licentiā ponit concedere et ad pēa inueniēda unū ex suis notarijs mittere teneatur
per sacrū, et Pladiam Ireuij, et Potās teneat iurari facere capitaneū Conretary
q. denūciet contrafacientes, et accusee, et relationi unius ut duor ut pluriū fidedignor
plenissime adhibeatur, et si nō accusatee subiaceat ipi poene, et hoc Capitū Potās post
introitū sui officij publice infra octo dies bannīri facere teneat, et nulla mulier audeat
ut presumat in oblationibus alicuius mortui cui digna offerri ut panē ad domū mortui
ire, sed omnes mulieres que ire uoluerint cum oblationibus pro aia defuncti ad Ecclesiā
accedant sine alio clamore ad pēnā vj. sol. den. pro qualibet ipārū et qualibet uice et
Potās qui pro tpre fuerit teneat et debeat supra dicta et singula, et quelibet eorundem
obseruari, et obseruari facere sub poena .L. lib. den. de suo salario Sci Ireuij applicand.

De poena nō eundi ad laboritia Sci Ireuij ℔ xxxv.

Statuimus et ordinamus quod quicūq nō iuerit ad laboritia Sci Ireuij ad petitionē Potās
ut superstatis operis compellat, cui Potās ut superstes habeat potēm faciendi pignorā
ri, et dicta facienda que sibi uidebit ad hoc ut opus melius compleat.

De poena eundi ad guaitā de nocte. ℔ xxxvi

Statuimus et ordinamus q nullus masculus maior xiij annis audeat ut presumat ire
de nocte ad aliquā guaitā alicuius mulieris infantate sub poena et dicta poenā vj. sol.
den. pro quolibet, et uice qualibet Sci Ireuij applicand.

De poena molendinariorū nō dandi uicem ℔ xxxvij

Statuim: et ordinamus q Sci molendinarij de Ireuio debeant dare uicem primo cuiusq

et petentibus ad macinandú, et multurá sibi accipere ſm̃ ordinamentú de Loe facti, et nó plus, et cú mensuris eis assignatis per cómune Ireuij, et ipás mensuras deferre in ea magnitudine in qua fuerint á principio, et oía et singula faciant et observent bona fide sine fraude, et si secus fecerint poena .c. sol. denariorú volumus incurrere ipsos eó, in qua debeant condénarj, et nihil. inquirj debeat contra omnes semel in mense si contra pta vel aliquod ptorú fuerit, et ipsi omni mense iurare faciat et cogere ad pta observanda, et Potás, et sui offtes Loe faciant observarj, et Potás etiam qui nunc est et pro tempore fuerit teneat et debeat observare, et observari facere cía et singula in dio capló contenta ad poenam ℔ xl tt dn. de suo salario cói Ireuij applicand. Et q ipi molendinarj, et quilibet ipsorú accipiant et accipere debeant pro multura pro qualibet cuppa generj quam macinauerit unú ramaiolú grossj dmó quod cuppa grossi sit capax triginta ramaiolorú mistura, et di mistura pro qualibet cuppa unú ramaiolú dmó quod dia cuppa sit capax ℔. ramaiolorú mistura et decj ramaioli sint, et esse debeant sigillati sigillo cói Ireuij, et si decti molendinarj pta non observarent mi. c. sol. dn. pro quolibet, et qualibet vice qua contra fecerint cói Ireuij condénet. Et q frumentarioli qui farinam recolligerint debeant accipere pro qualibet cuppa farine quam recolligerint á Dno farine pro suo labore unú denariú tantú, et nó aliud, et qui contra fecerit vi ℔. sol. den. cói Ireuij condénet, et quicúqz iens ad macinandú ad dictá molendina bladú amiserit q molendinarj dictorú molendinorú teneant, et debeant sine stagieu, et figura iudicij emendare et dirigere ad bladum illi qui amiserit, et Ihe et credat sacramento illius qui amiserit usq in quá-ti eadem unius cuppe grossi, et duarú cuppar alterius bladi, et Potás et sui offtes teneant facere observarj antequam molendinarj discedant de palacio suo dicte ptes.

Quod molendinarj de mense Julij, Aug. et 7bris no possint macinare alicui nisi unam salmam grossi pro quolibet septimana. Et ℔ ff xij

108R

Statuimus et ordinamus q nulla persona de Ireuio vel eius districtu à decē bucchis infra per mēses
Julij Augusti, et Septembris cuiuslibet anni in futurū possit nec debeat macinare
ultra unā salmā grani in molendinis Cōis Ireuij pro qualibet ebdomada, et à
decē bucchis supra duas salmas grani pro qualibet ebdomada pena unius flor.ni
in singulis casibus pēs, et qualibet earū incidat qui macinaverit cōtra voluntatem
molendinarij, et in eandem poenā incidat molendinarius si consenserit q macinaret
contra d. formā, et quilibet possit accusare et denūciare, et credatur eius juramēto
cui vero ex his, et accusato habeat quartā partem poenae pēe, et aliā quartā partem
habeat officiali faciens exequtionē, et reliquā sit Cōis Ireuij et pēa intelligatur quando macinae essent occupatae ex multitudine macinantiū.

~ De poena molendinarioꝝ nō permanentiū continuè in molendino sine
substituto, et de emendationi grani. Rubrica viiij ~

Statuimus et ordinamus, quòd de cetero oēs molendinarij deputati per Cōe Ireuij ad macinandū granū in molendino Cōis pēs teneant, et debeant continuè quilibet eorū stare in dicti molendinij tempore quo macinat granū, et habere debeant curā et omnimodā diligentiā in macinando gerentem pēs quilibet diligens et peritus molendinarius habere debet, ne damnū quod insurgeret in grano vel farina propter suā imperitiā, et malam curā teneat ad dā.na et interesse dāni patiētis, et simili modo si granū assignatū in molendino āmitteret aut deperiret in toto aut in parte, teneant molendinarij sive ille molendinarius cui fuerit assignatū sustinere dāno grani et eiusdē iuramēto illius qui attigerit granū āmissū aut deterioratū et fraudatū eū inv.to nullus ēt sit, et nullus possit servire per substitutū poena xx sol. pro qlibet et qualibet vice qua fuerit inventus vel denunciat. servire per substitutū, et quilibet officialis curiæ Cōis Ireuij et saltē teneat inquirere per omnem modū

108v

melioremodú quo melius pót et sabeat inueniens quantú parem poenæ quá peruenire fecerit cú effectu in Communi.

— De impedimentis leuando de uijs &c. —

Statuim⁹ et ordinamus q. Totus Cor Ireuij qui nunc est, et pro tempore fuerit teneat̃ sub uirtute pr̃stiti iuramenti facere tolli, et remoueri óe impedimenta de uijs publicis, et uicinalibus de Costa Ireuij et Gladia, et extra districtu Ireuij ad petitionem cuiuscúq petentis; et hoc Totus in principio sui officij infra octo dies publicé bannire faciat ut ueniat ad notitiá singulos, et in ipó banno assignet̃ terminus octo dies ad eleuandú impedimenta ptúm, et quicúqs impedimenta ptúm nó eleuauerit Totus faciat inquisitionem contra illú, qui tale impedimentú posuerit, et illú punire, et condemnari debeat in tot lib: den: Cor Ireuij applicand: et nihilominus dictú impedimentú eleuare teneat̃, et tertia partem banni habeat accusator, et sit licitú cuilibet accusare et quod nulla persona proiciat aliquod impedimentú ut turpitudinem faciat in aliqua uia Cor ut Gladie Ireuij pœna x sol: den: pro qualibet uice, et quod dicte uie debeant reduci p adiacentes ad modú consuetú, et pt̃ facturus fuerunt, et not: qui pro tempore fuerit teneat̃ pta facere bannire poena x sol: lib: den: Cor Ireuij applicand.

— De nó proiciendo impedimenta in uijs &c. —

Statuim⁹ et ordinamus quod Totus faciat cognoscere oés et singulas uias de Ireuio, et earum districtu, et nulla persona proiciat de die aquá, et pro angulo in aliqua strata publica, et qui contrafecerit soluat bannú in Cor x sol: den: et sit licitú cuilibet accusare, et accusator habeat tertia partem banni, et hoc capitulum bannire, et similiter Totus habeat de nocte usq ad tertiú sonú campane que pulsat̃ de sero, et Totus qui pro tpre erit, et not: informationem debeant sup pti inquirere sub poena x lib: den: pro quolibet d: Cor applicand.

— De poena inobedientiæ alias Mattaries &c. —

Statuimus et ordinam.^ quòd via qua it ab angulo macelli, et uadit ante domũ Mathæi Boꝛ
geloni, et murũ ueterem Coĩ, et exit ad domũ olim Petri Ballexis sit libera, et nulla
persona faciat in muro ibi uel impedimentũ, et qui contrafecerit soluat bannũ x
sol. den.^ et cuilibet sit licitũ accusare.

De Pizzicaiolis uendentibꝰ in platea Ꝛ xliij Ꝛ

Statuimus et ordinamus q quicumqꝫ uoluerit stare et morari in die iouis ut alijs diebꝰ in platea Coĩ Ireuij ad
uendendũ olera, poma, panem, salem, oleũ sagimẽ uel alias res ad pizzicaiolos seu pizzicaiolas spe-
ctantes siue pertinentes, et qui soliti sunt stare in dicta platea ad uendendũ teneant, et
debeant annuatim soluere camerario Coĩ Ireuij pro ipso Coĩ recipienꝫ x sol. den.^ et mettã
et de pizzicaiolis, et panifrendis, et pyllariolis uerũmꝫ legues existentibꝰ in dicto loco, et
et panifrendi siue panifaciæ ubicumꝫ stabunt in Ireuio, et eius districtu teneãt annuatim
soluere x sol. Et Potns faciat bannire infra tres dies post introitũ sui officij et in dicto
banno assignet tert.^ tertium diem infra quem debeant se fecisse ascribi, quod si nõ fecerint
in x sol. den.^ pro quolibet et qualibet condemnetur, Et q panifaciæ facientes panem ad
uendendũ in cõb ut pladia Ireuij teneant et debeant stare et morari ad uendendũ panẽ
in platea Coĩ Ireuij singulis diebꝰ dnicis et diebꝰ iouis pro qualibet et quolibet die
quo non steterint in dicta poena incurrant. Et Potns teneat et debeat poenas x lib.
den.^ et uinculo iuramenti dictis diebꝰ unũ ex suis notarijs mittere ad rimandũ, et inquirendũ
de ptis, et repertos culpabiles punire et condemnare in dicta poena, et stet relationi d.^ Notarij

De mo uendendi animalia. Ꝛ xliij Ꝛ

Statuim.^ et ordinamus q quicũqꝫ habuerit aliquod animal ad uendendũ illud animal nõ uendat
nisi primo ipsum animal duxerit ad uendendũ ad cã uendendi tribꝰ diebꝰ iouis ad
rum Ireuij, et qui contrafecerit in x sol. den.^ Coĩ Ireuij condemnet, et eligat unus
not.^ ad scribendum animalia omnia quæ ducunt ad uendendũ in foro Ireuij qui sit, et esse debeat
de notarijs banciæ qui pro tempore fuerint, et scribere debeat ipsa animalia sine alicui salario

uel mercede et contrafacientes cuilibet sit licitū accusare, et teneat in credencia et habeat terciā parē bāy.

- Quod fiat forum bestiar, et aliar rer, et quares possint extrahi die fori Ff xlv.

Statuimus et ordinamus pro bono et pacifico statu Terre Ireuij quod in Terra Ireuij sit et esse debeat forum bestiar, sm formam statuter, et ordinamenter loquentiū de prohabendo in Terra Ireuij posit sub Ff. supta, quod statutū uolum. uigere, et perpetuam firmitatem habere statutis siue ordinationib, uel reformationib, in contrarium loquentib, nō obstantib. Etc, Totāt qui nunc est, et pro tpe fuerit teneat et debeat d. statutū siue ordinamentū facere obseruari ad poenā xx v. lib. den. Etc, nulla persona de Ireuio uel eius districtu debeat uel extrahat de Terr. Terra Ireuij aliqua uictualia nisi illa portauerit et detinuerit in die Jouis in Terra Ireuij et contrafaciēs ipō fō m. sol. den. poenā incurrat proquolibet et qualibet uice, saluo q pro puplo exitu et ouis extrahēdis seu portandis cō. d. formā sit poena x sol. den. pro quolibet contrafaciente, et qualibet uice. Quae poena per Totum aubnat eisdem sine diminutione aliqua Et Totāt teneat de pdis inquirere, et suā familiā mittere, liceat tamē quibuscumq personis de dictis uictualib, exceptis bladis, et uino emere die Jouis in Terra Ireuij et illa quo uoluerint portare sine poena.

- De modo uendendi calcinā. Ff xlvi -

Statuimus et ordinamus q calcina semper uendat ad cubum ad iustā mensurā Cōis Ireuij Etc, cuius calcina lapidum non fetate uendat sex den: et nō plurib, et uenditor qui plus acciperet in contā sol. den. Cōi Ireuij condonnet et uolum. q nullus Latinus possit nec debeat uendere calcinam alicui personae quae non sit supposita iurisdictioni Cōis Ireuij nisi ad minutū, et ipam mensurare debeat bona fide sine fraude, et qui contrafecerit subiaceat dictae poenae.

- De muro Cōis fracto reparando. Ff xlvij -

Statuimus et ordinamus q ubicumq esset ut inueniret murus Cōis fractus in Cō Ireuij uel Plndia ruptus ut mō aliq. deuastatus talis murus Cōis Ireuij reaperetur. Et Totāt de mēn. Januarij proxime uenturo debeat ire ad uidendū dict muros et ubi esset rupt

ut quasti facere reaperari sub poena L lib: den. de suo salario, in qua poena p sindicu cōmuñ Ireuij qui eē sindicbie debeat eo naūnavi inuentus culpabilis. Et Not. Reformationum teneat' ui nudo iuramenti et poena ℔℔v lib: den de suo salario oi ebdomada dios muros re-uidere, et ubi fractus inuenerit sollicitē facere reparari unā cum dio Pōte.

De aqueductu cooperiendo & ℞ xlviij

Statuimus et ordinamus q Potās qui pro tempore fuerit, et quodlibet offium Prioratus Terre Ireuij teneāt' et debeant sub poena ℔℔v lib: den. pro quolibet cōi Ireuij applicand singulis duobus mensibus eorum durante offitio facere fieri, et coperiri aqueductū cōis et acetari tres pertias uobre muri si ex-pedierit, et coperiatur desuper de tanta terra, ut uia possit ire sup ipō aqueductu, et incipiatur à capite ipius aqueductus, et de subtus remūdari et aptari ꝓt expedierit, et q nulla arbor possit eē prope ipm aqueductu Et nulla mulier à uallē S. Romerij ultra possit lauare pannos lanę sub quasti res poena centū sol. den: Et Potās et Notarius dannor dator qui sunt, et pro tempore erunt teneant' ui nudo iuramenti de pēis, et quolibet pōr oi mense facere inq.rem et contrafacientes condēnare in dia poena et eā punire; ad qua probanda sufficiat unus testis de uisu, ut saltem tres bone condicionis et fame de publica fama.

De uia aqueductus cōis & xlviij

Statuimus, et ordinamus quod uia que uadit et incipit in aqueductu cupi cōis Ireuij ap-teneat et remundet' hinc ad dictū fontem cupi expensis cōis Ireuij, et quod nulla psona de Ireuio ut eius districtu ut aliunde adeat sit presumat facere in dio aqueductu, et fonte aliquod turpitudinē ad poenā centū sol: den: pro quolibet, et qualibet uice dicto cōi applicand Et quilibet contrafacientes possit accusare, et accusator habeat quartā partē banni, et nomē eius in credentia teneat'. Et si talis malefactor nō inueniret' q illa commissa in qua fuerit dicta turpitudo uel impedimentū teneat' soluere illā poenā, et pecuniā, Et q not' custodia qui nunc est, et pro tpre fuerit teneat' et debeat ire quolibet mense scrutando pro pēis una uice, et si non fecerit incurrat poenā centū sol.

den. de suo salario soi Ireuij applican. Et nichil ipe noe. quolibet mense facere bannivi pta teneat ad diam
poenā. Et nulla persona possit in dicto aqueductu lauare pannos nec propē quatuor perticas, nec de
aqua dicti aqueductus extrahere nisi per fores in ipō existentes poena x lib: den. Et Potas, et
Notarius dannor dator qui pro tempore erunt teneant inquirere de pēis, et reperetes culpabiles pu-
nire, et condēnare in dicta poena.

— Quod xv dies de mense Maij, et xv. de mense Augusti sint feriati — ℞ L.

Statuimus et ordinamus ad hoc ut aluei et alia laboritia soii Ireuij magis utilia deducant ad effectū
et q oīs occasio Potī et alijs officialibz tollatur q xv dies de mense Maij et xv dies de mense Aug.
continui ad petitionē Potis sint feriati, et q nullus de Ireuio ut eius districtu dictis diebz faciat aliquod
laboritium nisi laboritia comunis quae fuerint deliberata p cons. dicti soii, et qui contrafecerit
in laborando soluat quinq. sol pro poena, et dicti caplum banniatur — Et q Potesta
teneat et debeat pta obseruare, et obseruari facere sub poena prestiti iuramenti et quin-
quaginta lib. den. de suo salario soi Ireuij applican. et hoc caplum sit preceptum q, nulli
non possit concilio ut arenga.

— De festiuitatibz eis obseruandis ℞ L.

Statuimus et ordinam. cum ex precepto omnipotentis Dei teneamur festiuis diebz nullū opus ser-
uile facere, quod de cetero nulla persona tam terrigena quam forensis ut Iudei in die Reci-
dicatis Dñi cum duobz sequentibz, in die Corporis Xpi, in die Paschatis resurrectionis, et
Pentecosten cum duobz sequentibz, in die assentionis Dñi, in die annūciationis dnē, in die na-
tiuitatis eiusdem, in die assūptionis eius et in omnibz diebz dnicis audeat ut presumat forum
siue mercatū facere id est, uendere aliquod genus mercimonie, et hoc intelligat non solum in
uilla Ireuij sed et per totū territoriū eius, et maxime propē ecc.am S. Marie de
plano Ireuij, et propē ecc.am de S. Marie de Lacrima in quibz omnibz locis solumo liceat emere
ut uendere ea quae necessaria sunt ad comedendū, et bibendū pro illa die solumo Et qui con-
trafecerit tam uendens quam emens ipso facto incidat in poenā trium lib. den. et similr incidat

in dictam poenã qui fecerit aliquod seruile opus in dictis diebus excepto quod si aliquod dictorum festorum uenerie-
ri die ioui saltem ad poenã prãm teneat usq; ad expletionẽ officij, et decimationis misse, et nõ alr. Ig in dictis
diebus, et omnibus ab ecc.a precepti nullus macellarius uel macellator uel quicunq; alius de Terra Ireuij
uel eius comitatu neq; forensis audeat uendere carnes publice uel occulte sub poena triũ lib: den̄
de fructu per officialem exigen̄. et hoc intelligat usq; ad meridiem dictorum dierum festiuitatum
ptãz. Item tabernarij nullo mõ possint nec debeant eorum tabernas apertas tenere in aliq̃. festo
ab ecc.a precepti antequam compleatur predicatio, si predicat uel ante inceptionẽ decim-
tationis misse, et similr post sonũ campane de sero sub poena triũ lib: den: ipõ facto ab offte
auferen̄. Item q aromatarij non possint in dictis festiuis ab ecc.a precepti eorum apotecas
apertas tenere ad aliquid uendendũ, contrafacientes aut ipsi uendentes aliquid sine
infirmoꝝ necessitate ipõ facto incidant in poenã triũ lib: den̄. Item barbitonsores sutores
tendones, et alij artifices cuiuscũq; artis in dictis festiuis ab ecc.a precepti teneant dicta
festa custodire incipiendo ab hora pulsationis campane ad salutationẽ angelicã in sero
uigiliarum dictarum festiuitatũ sub poena triũ lib: den: Item quod nulla persona cuiuscũq;
conditionis existat tam Terre quam forensis audeat uel presumat nõ aliquo
publice uel occulte tam in d. Terra Ireuij quam in eius comitatu tabernã neq; tabernari
facere neq; terras colere neq; salmas portare, neq; granum ducere, neq; aliud seruile
opus facere in festis aptis, et in aliis festis ab ecc.a precepti nisi ad pias cãs, et tempore incursus
gentiũ armoꝝ quibus casibus poenã aliquam nõ incurrant, et qui contrafecerit ipõ fõ incidat
in poenã x sol: den̄, hoc autẽ limitato, et expresse declarato quod in cibis aliis diebus
festiuis ab ecc.a precepti preterquã in diebus contentis in primo capite, et in diebus aptis
quibuscunq; panis cum ouis et olerum uendere et emere et ei portare et portare ligna fructus
herbas, paleas, et fenũ ad terra ad domũ propriã. Item aquam ruinã a Terra in comitatu,
granũ ad molendinũ, et farinã exinde asportare, et panẽ facere sine poena, et
bannno aliq̃. et in aliis quidem diebus licere festiuis ab Ecclesia tamẽ non preceptis, et

ridicis quilibet possit, et uadeat sue exercicia laudabiliter exercere impune, quaz poenaz in supis captis
de pestiuitatibus omnibus contentaz, quarta pars sit officialis inuenientis, et exequtionē facētis,
et reliquae partes sint Sōis Ireuij. Itq in celebratione instrumentoz per tabelliones scriuē de-
cretum Rmi. D. D. C. Epi olim Spoletini supinde emanatū, et inpnā uolumini Statuz
inserti et in omnibz et pcōia sub poenis et censuris in eo contentis quas poenas de facto
Sotis auferre possit ac contrafacientes. Ite cū pestiuitates ab Ecc.a inducte sint,
ad laudem Dei dedicate, et ut fideles agant ipi Deogras de tot innumerabilibz beneficijs
et et ut sancti quoz festa celebrant pro nobz apud Dei clemenciā intercedere
dignentur, et nos nrā ingratitudine ludis cōmessationibz et ebrietatibz in illis sanctis diebz
Deo dedicatis Deū, et ipos sanctos magis quam in alijs diebz ad iracundiā prouocemus
quapropter statuimus, et ordinamus q in terra Ireuij, et in eius comitatu nulla psona
cuiuscumq Status seu conditionis existat, audeat ut presumat ludere ad alig
genus ludi taxillorz, cartarz, siue tabularz sub poena trium lib. den. de facto auferēd
a quolibet contrafacientē, et receptatorez talium ludorz pub.ce et occulte singlis
in duplū dictae poenae ipo fto plniant sine ulla remissione, et receptatores intel-
ligantur teneri domos quocumq iure ad ric.m quarz poenarz quarta pars sit accusa-
tori et teneat in secreto, quarta officiali inuentori, ut exequtionē facienti, et
reliquae partes sint Sōis Ireuij. Itq quod nullus ludens audeat uel presumat apparere
in publicum, idest extra domos a die coenae Dni usq a dimittione sanctae cāpanae
usq ad horā tertiā dnicae resurrectionis sub poena xxxiij lib. den. et sex ictuz
uerberum. Itemq quod in omnibz diebz festiuis supis uenientibz, et precones singulis
et alia constabilia cū bigliis ut supra ad uendendū in terra Ireuij et eius
comitatu et commentz non teneant ad aliquam psonā. Et ego Antonius Sōis
dñi Gualterutij dñi Sarnano pub. imperiali auctā hoc sc. et nunc sanctē et hoc
confirmationis Sōis et Sōrum Terre Ireuij pro omnibz et singulis dū sic agerent

et fierent interpu, et pri fui et earogatus scribere scripsi et publicaui, et ad fidem, et testimoniu pramissoz signu meu apposui consuetum, et obmisso signo Notarij sic legebat signum mei Antonij Sanctacarij, et notarij supa, deinde diuersa manu legebatur confirmatis pter Capla sic.

Confirmatio.

Hor Baptista de Lunarijs de Piacenca I.V.D. et Comes Palatinus Dñi S. Patriarche Antiochen Perusij Fulginei, Ireuij &c cui pote legari de Latere gratis Gubernatoris etc. Lis gratis. De speciali mto pti tñi supas omnes et singulas reformationes, et Capla in precedenti et prima folio supra et infrascas cofirmam. et approbamus tanquam honestas et licitas, et mandamus eas inuiolabili obseruari. Dat Fulginij sub impressione siui maioris sigilli die iiij Aprilis M. ccc. lxxxiij. et obmisso sigillo legebat. B. de Sarzano.

- De poena retinendis ultra duos porcos Ff Lij -

Statuimus et ordinamus q ad euitandum oe scandalu et errorem, nullus de Ireuio uel eius districtu, aue ibidem habitans possit neqs ualeat in dicta Terra et eius districtu extra suam domu habere neqz retinere ultra duos porcos sub poena et ad poena in Statutis contenca saluo tamen priuilegio mercatoz et quilibet possit contrafacientes accusare, et habeat tertia partem poena, et simili si officialis eos inuenerit et exequtionem fecerit, et si ipe officialis negligens fuerit in exequendo eas accusationes coram eo factas, quam inuentiones factas p eum uel aliquem officialem d. Comunis incurrat poenam ff v. lib. den. et quilibet ipm officialem de sua negligencia in pti possit accusare, et similiter tertiam partem poena lucretur, et hec reformationis habeat statutu et perpetuo obseruetur aliquibz in contrariu no obstantibz. F. Paretinus Epus Caietan. Fulginei Ireuij etc. Gubernator.

- Confirmatio -

Cum elapsis diebz Comn. xviij Populi Terre Ireuij quamdam ad nram deuenerit noticia fuisse reformationem q nullus in territorio et districtu Ireuij posset extra domu retinere ultra duos porcos poena in Statutis dicte Terre contenca saluo priuilegio mercatoz et quilibet contrafacientes ualeret accusare, et haberet tertia partem poena, et si officialis fuerit negligens in exigendo dictam poena, ipo facto poena ff v. lib. incurrat uicet qualibet uice latius costitu-

manu Cancellarij dicte Serre sub die xxi mensis Augusti prēsi anni. Nos igit̄ bonū pub.ᶜᵘ d. Serre,
et pacem dicti populi cupientes, uolentes errores insup obuiare pro bono publico, et ipius populi cor-
dia, et pace, auctte aplica, eandem reformationē approbam.ˢ et affirmam.ˢ et prēsi scripturā
patrocinio cōmunimus ōb mō etc. Dat.ᵘˢ Treuij die xxvij Augusti M.ᵉ cccc. lxiij
Sinolfus Ocherius.

– Infra quos confines capre balie custar̄ possint detineri. Bl. lij –

Statuimus et ordinamus ad declarationem Senarie, et ampliationem confiniū infra quos capre Ville custar̄
possunt impune pascere q dicti confines expresse sint. Et B incipiendo a termino antiquo B a loco
aspri ueniendo, et capiendo totū montem aspri et descendat ad caput uineę Franc.ⁱ et Nouelli Sch.ᵉ
et ueniat de directo per montem caprili usq; ad domū Andreoli, et q per dictū monē caprilis, et
per uiā in pede dicti Monti pti Soici dictar̄ Villar̄ custar̄ habeant autem et licentiā cū ipsor̄
capris et animalibus ire ad potandū dicta animalia ad fontem diani ita tamen q dannū alicui
non infrant, et redeundo ad dictam domū Andreoli que est in pede monē caprilis in Valle diani
et uadat dicta Senarita de directo ad semitā siue uiā in monte supra dictā Vallem diani, et eundo
per dictam uiā usq; ad caput uineę siue possessionis olim Dnici Nardutij et eundo per d.ᵃ
uiā per medium olim uineę siue possessionis heredū Giliutij usq; ad uiā que surrit uadit
per ipm montem, et eundo a punta dicte uie in qua dicta uia se insimul coniungit uadat
de directo in pede uineę olim et nunc possessionis heredū Marinutij Hermanni, et in capite
possessionis Joīs Petripauli, et intrent dicte Senarite in uiā qua est in pede patrimonij
Colangeli Cole, et intrando per [illegible] possessionem dicti Colangeli protendendo usq; ad caput
possessionis Leuangeli Franc.ⁱ Mugnoni, et ueniendo in capite alterius possessionis Joīs Leonelli
de directo eundo ad caput possessionis Meliani coniugis intrando in uiā in pede possessionis
Joannis anchisi supra cauā lapidum, et transeundo uiā que uenit a cuiusdā Strezia intus
caput possessionis heredū Marinutij et Hermanni, et procedat per ipsā S.ᵗᵃ Sabbenna
ad caput clausure Joannis cialdesse et protendat ad possessionē olim Leuangelij Stephanij Mensij

113R

a capite, et uadat de directo per uiam consuetas usq; ad possessionē Sancte Lucie Sōi Gemma
et eundo de directo ad confinia antiqua ubi est ter. antiquus dictaz, senaicaz et sic fi-
nit Sar, senaicaz pntium.

— De immundicijs non faciendis in platea, nec in stratis publicis ℔ Liij —

Statuimus et ordinamus q; nulla persona audeat uel presumat aliquā turpitudinē ut immun-
dicia proicere nec ponere, ut uegetes teneze, ligna lapides, ut alia impedimenta facere
in platea Sōi, nec in stratis dicte Terre publicis et magis frequentatis, et maxime uia
per quam itur a platea Sōi ad locū frūm minoz sub poena x sol. den: Sōi Ireuij ap-
plicand. et Soc capitū Sōti teneatur bannire facere infrauntē mensem postmodū sui officij.

— De poena tenentiū Sacrinas et alia reddentia fetorem circa plateam, et
alia loca Terre Ireuij. ℔ Lv —

Statuimus et ordinamus quod nemo debeat habere sacrinas, siue necessaria uegeta platea Sōmunis
Ireuij propter que redderetur fetor transeuntib; et conuersantib; in platea, quin-
imo qui habet chiassos cloacā, ut necessariū in Terra Ireuij qui siue quod redderet
fetorē transeuntib; et uicinis debeat ipsum ita claudere, et aptare q; nō reddat
fetorē alicui persone sub poena xxx. sol: den: Sōi Ireuij applicand. et Potēs siue
Judex, et eius curia tam ex officio quam ad petitionē cuiuscūq; pretendentis in-
teresse quomodolibet, et qualitercumq; procedere inquirere terminare, et mandare
teneat et debeat illi habenti necessariū, siue sacrinas uel chiassū, siue cloacam
ex quib; procederet talis fetor q infra x dies debeat removere ut removeri facere
talem fetorem, et eius eam, quod uicini et alij transeuntes ut iuxta pretendetur
nō ulciscant fetorem sub dicta poena, et Potēs et Judex et eoz curia negligenter pōn
ex officio mandare sic poena librar. xx. den: applicand Sōi Ireuij.

— De poena tenentis uegetes trabes, ut alia impedimenta subtrahat
Palatij Ireuij, et in platea Sōis ℔ Lvj —

Statuimus et ordinamus ad decorem et ciuile ornamentū platee Sōīs quòd nulla persona cuiuscūq; condōis
et preseminentie existat audeat uel presumat aliquo quesito colore uel cā ponere nec retinere
in platea Sōīs Ireuij uel subtus uoltas palatij Mag.ci Dnōr Prioris dicte Terre uegetes, trabes,
ligna caluinam Lapides Lateres siue matones uel aliquid aliud simile impedimentū faciēs
nec aliquā immundiciā siue bruttura proicere retinere siue retineri facere pena xl.
Sol. den. pro quolibet et qualibet uice qua contrafactū apparuerit cuius pene quarta
pars sit denunciatoris secreti cum iuramento unius Testis, et ipius denunciatoris alia
quarta pars sit officialis, et reliqua sit Sōīs Ireuij, et nichil! cuilibet liceat impune
uiā uegetes trabes, ligna, caluinā, Lapides, Lateres, et similia, elapsis octo diebus ōi
die emissionis in dictis locis portare, ualeare, rumpere, aperire et in sui usū et utilitatē
conuertere pē sibi placuerit oī tempore sine poena, et banno, et hoc ad reprimendum
audaciā illoz qui se existimant aliquē contra eos nō posse aliquā noxiā inferre
uel facere, et nichil! Priores uel Potās uel alius officialis Terre Ireuij nō
possint dare licentiā, et data nō ualeat ipō iure.

— Quòd uie in Terra Ireuij, et Padia mundentur. Ø Lvij —

Statuimus et ordinamus q oēs uie Terre Ireuij, et Padie qualibet septimana uel saltem
bis in mense scopentur, et mundentur p dnōs, prōos uel habitatores domoz, et possessionū
circumstantiū, et uicē ta dictas uias teneātur ad poenā xx Sol. den. pro uice qualibet,
et mundentur dicte uie semper in uigilij festiuitatū sollēniū infallanter ad dictā
poenā, et q officialis extraordinarioz hoc fieri faciat ad poenā cētū Sol. den. uice
qualibet qua contrafactū fuerit Sōī Ireuij applicand.

— Quòd uie aperiantur per dnōs, et habitatores domoz. Ø Lviij —

Statuimus et ordinamus quod omnes uie dicte Terre et Padie aperiantur per dnōs et prōos
uel habitatores domoz et possessionū circumstantiū bene diligenter itaq quilibet cui salmis
et beystis habitatur et bene transire possit ad dictā poenā exceptō q uigesta parte ceci

1452

aptetur uia expensis cõis Ireuij et quod ptés officiales ptá faciat fieri, et obseruari ad requisitionẽ cuiuscũq petentis de Ireuio et Vadis sub ptá poena centú sol. den. cõmuni Ireuij applicañ, de quib⁹ debeat sindicari sui tpre sindicatus.

— Quod uie extra terrá Ireuij aptentur per Dnos et colonos possessionú &c. —

Statuimus et ordinamus q oés uie extra terrá Ireuij in quibuscũq uocabulis situate simul per adiacentes et prõnos et dnos acq⁹ colonos possessionú circumstantiú debeant ad minus omni mense semel emundari, et aptari itaq quilibet cum salmis et sine sabilitet pertransire possit sub dia poena, et ptés officiales extraordinarios sub dicta poena centú sol. den. ad requisitionem cuiuscũq petentis de fa executionem faciat, siquis aut vicinus d. cõis ut aliqua uicinalem ut ipsa, partem occupauerit de facto poenã &c. v. lib. den. incurrat abipsoq⁹ exigatur de facto per d. officialem et uia in formá pristinã reducat, et ptés officialis extraordinarios ad petitionẽ cuiuscũq petentis executionẽ faciat de ptis cognita ueritate sub dia poena alijs &c. Saluis ut statuts de pta materia loquentibus nõ derogando.

— De modo cauandi flumina, et de eor⁹ manutẽtione &c. —

Statuimus et ordinamus quos flumen molendinor⁹, Spozilla, marroggia, tatarena, et uiciarũ cauentur, et aprentur ipa et quodlibet ipor⁹ per totú terr.m Ireuij per cõe Ireuij et homines Ireuij quorumcũq⁹ baliuz pte ordinatú fuerit per ipm cõe, et superstites eligendos cauentur et aptentur, et quelibet balia tenebitur partem sua dictor⁹ fluminú manutenere et conseruare ad poenã &c. v. lib. den. pro qualibet balia si contrafecerit, et quilibet de Ireuio ad petitionem sui superstitis siue capitanei siue capitum decem de quorum ordinata cauare, et aptare debeat cum fuerit requisitus per baiulum uel bannimentú ad poenã &c. sol. den. pro uice qualibet et sub decem poenis &c. v lib. den. officiali d. d. Pois qui pro tpre fuerit ad petitionẽ dicti superstitis capitanei uel illius ad cui de quorum facta executionem faciat absq⁹ ptis et exceptione remota: et uia alia flumina alueoli, et

114v

furmæ nisi ordinata fuerint p̃ Commune Ireuij in generali Concilio d. Cõis q̃ cauent̃ et emundenent̃
et conseruenent̃ p̃ adiacentes ipsor̃ fluminũ alueoli et furmæ.

— Quòd uia nouæ aptet̃ per Cõe Ireuij ℔ xxi —

Statuimus et ordinamus quòd uia noua cauetur aptetur et conseruet̃ p̃ Cõe Ireuij quia magistra est, et et̃
uia qua itur Spoletum uersus molendinum beroitj et arbores beroitj quia regalis et magistra est,
et in dictis uijs tempore quo aptantur quilibet suã partem facere teneatur sub dictis poenis ℔ x.
sol. den. et sub diã poena centũ sol. den. officialis ptẽs exequtionẽ faciat ad Cõe deputand.

— De manutentione pontiũ Rub: lxij —

Statuimus et ordinam.̃ q̃ Cõe Ireuij teneat̃ et debeat facere fieri manutenere et cõseruari
suis expensis ponter fluminis nouj molendinor̃ Marogiæ Spoletella tatarenæ, et ui-
gueciani, alios aũt ponter faciant et conseruent adiacentes ipsor̃ pontiũ, et et illa
balia qua fuit pontẽ in dictis uijs, et quelibet balia ad minus teneat̃ facere, et conseruare
unum pontem in uijs illis quas aptauerint cum dictis adiacentijs dictis pontijs sub poena
℔ lib: den. pro qualibet balia, et ℔ sol. den. pro qualibet adiacente, et uice qualibet
qua contrafecerint in nõ seruando pẽa de quibus ptũs officialis ad d. poenã exeq. ne fuerint

— Quòd uia et fluuius aperiantur a strata infra uersus flumen. ℔ lxiij —

Statuimus et ordinamus pro conseruatione uiarũ dicti Cõis Ireuij quòd a strata publica
infra uersus flumen quilibet habens possessionẽ ut laborator alicuius possessionis
iuxta aliquas uias teneat̃ et debeat poena ℔ sol. den. cauare et cauari facere
aptare conseruare et manutenere fossã latitudinis in fundo quatuor pedum manus
ad minus ab omni latere dictarũ uiarũ, et maiorem partem terræ proicere sup uiam
ad Cõe ut conseruent̃ uiæ pẽa super quibus ptũs officialis diligenter examinationem
et exequtionẽ faciat ad ptãm poenam ℔ lib: den.

— Quòd laboratores terrarũ ad uicinis teneant̃ facere fossas inter
possessiones Rub: lxiiij —

Statuimus et ordinamus pro conseruatione Terrar, et possessionū Terre Ireuij à Stanta insa qua-
rieur Zuigneum, et Pissignanū uersus planitiem Ireuij ubi opus fuerit quilibet labo-
rator alicuius possessionis et petij Terrā teneat et debeat facere diruī domā possessionem
suā insimul cum uicino suo laboratore qui ad rectā cogi possit omnino, si re-
cusauerit foueas latitudinis trium pedum manus in fundo et profunditatis totidem
ad hoc ut aqua de dictis possessionibus, et petijs Terrar exire possit et cursus habeat per dictas foueas, et
pena officialis de facto ad poenā petam ad petitionē cuiuscumq; petentis et executionem faciat de pena
xx sol den. pro quolibet et qualibetuice.

De arboribus prestantib impedimētū domuj ut possessionis Rb lxv.

Statuimus et ordinamus q. si qua arbor prestiterit impedimentū in domo alicuius uicinj, ut in pos. nū alicuius
uicinj qui propter dictū impedimentū suam pos. habiliter laborare non posset ut supdm domū uel
possessionem ramj uel fronde caderent q. aquam per culpos habiliter labere non permitterent ad requi-
sitionem dicti uicini infra x dies post dictam requisitionem dicta arbore ut ramos ipius dns incidere
teneatur itaq. non presteret impedimentū, et si infra dictū tempus et ter. nū x dies nō fecerit dns
dicte arboris liceat dicto uicino dictā arborem incidere pro suo libito uoluntatis absq; poena et banno
uel emendatione aliqua. Si autē aliqua uitis arborem alicuius uicinj occupauerit, uel astenderit,
ut appredendiderit, uolumus q. dicta uitis sit dni dicte arboris in qua permanet et gubernatur:
dns autem uitis nullat' conendicat pena centū sol. den. de facto auferēd. et si dns dicte uitis
eam incisserit, puniatur ea poena qua si uitem alicuius incidisset Rb poena centū lib. den. sine
diminutione aliqua, et ctn̄ eadem compellatur dare dno dicte arboris pro incisione pta.

De poena facienty turpitudinē in fontibus ut cisternis Rb lxvi

Statuimus et ordinamus q. in fonte soū Ireuij in platea nec in alijs fontibus siue cisternis sine
puteis existenty in Seruitio Ireuij nec in conductibus ipius soū, et maxime in conductu quo
labitur aqua ad fontem platee nō possit per aliquā persona fieri ut poni uel proiici aliqua
turpitudo ut lauari inhonesta per x pedes pertica ad poenā centū sol. den. soū Ireuij applican

115v

Et quòd nulla persona ponat ultimitat aliquod impedimentū quo minus aqua labi possit habilitet per dictū conductū nec ipsum ut ipius murus uel partem ipsoz murorz rumpat ut aquam deuiet quin labatur. &
debeat Et quòd in dicto conductu nulla persona aliquā arborem plantet & x pedes sub poena
x lib: den. a contrafacientē auferēdā, et quilibet ipām arborem incidere, et euellere possit absq;
poena, et danno. Et quòd semper dictus conductus fonticella, fons platee, cisterna platee et loci sūm
S.ti Francisci expensis soū conseruentē, ad hoc ut dicta terra abundet aquis. qui conductus, et fon-
ticella per manutentionē ipoz adminus semel in anno ac cisterna platee et loci S.ti Francisci
debeant emundari. Fons aut platee semel in ebdomada, ad poenā centū sol. aoz cuilibet
qualibet. De quibus oīb; & per dictū officialem extraordinarioz fiat inquisitio, diligenter, et
reperti culpabiles puniri ad poenam ipsi officiali x lib: den; sui temporis sindicatus.

De poena extrahentis bladū. Rub: lxvj

Statuimus et ordinamus q; nulla persona cuiuscūq; conditionis existat terrigena ut forensis audeat &
presumat extrahere nec portare, nec extrahi et portari facere extra districtū Ireuij aliquod ge-
nus grani, ordei, auru, spelte, panicij, milij, farris, seminis lini, canauiij, uel alterius generis bladi.
Et Ons tenetur pro famulo et pr̄ pro filio, et filius pro patre, et pr̄ pro fratre, possit tamen
forensis siue terrigena transire per districtū Ireuij cum dictis bladis ut aliquo pradictoz perue-
niat: dumtō per uiās cōmunitatis ubi dictū granū ut bladū emerit fuerit Pōti, et
Prioribus Terre Ireuij quod dictū granū ut bladum emerit in terra ut loco unde extrahit, et portet
per territoriū Ireuij alias cadat in infrascriptam poenā. Et si qua persona terrigena uenderit alic
genus bladi alicui forensi ut terrigene ea portandi extra districtum Ireuij incidat in
similem poenā, tamquām si extraxisset bladū extra districtū Ireuij, et nihil. talis terrigena
ut forensis qui dictū bladum extra districtū Ireuij portaret emptū extra districtū Ireuij
habeat et secū portet bulletam Pōtis, et Prioz Terre Ireuij cum sigillo Pōtis et Cōis Ireuij,
alias incidat in poenā infrascriptam. Si qua aut persona conduceret in terrā Ireuij aliquod
genus bladi, et retinuerit in dicta terra per spaciū quinq dieoz dictū bladū de cetero nō possit

de dicta Terra exportare sub infrà poena; sed in dicta Terra uendere possit, et debeat pro precio
condecenti. Et ille intelligat defraudare, et exportare qui exivet portà Irenij, et Terram
Irenij sine lic.a Iuspicis. Siquis aut contrafecerit in ptis uel aliquo predictor, perdat bestiam
oneratà et salmam, et incurrat ipso facto sine aliqua diminutione in poenam xxv florenor
auri cuius poene, et pretij bestiar, et salme tertia pars sit inuentoris uel accusatoris, et reliqua
due partes sint Coïs Irenij, et quilibet possit capere, arrestare, denũtiare et accusare, et nomẽ
accusatoris teneat in credencia. Imò probet p unũ testem fidedignũ, et Potat et alij officiales
dicti Coïs teneant eadem inuentori, arrestatori, denunciatori, uel accusatori prestare aux.
consilium, et fauorem, sub poena C lib: den: Coï Irenij applicand. Et siquis assereret
se ire ad Molendina Coïs et fraudaret ut iret extra diuersam uiã eundi ad dicta molendina
puniat ac si fraudasset. que uolumus intelligi esse expressa in quolibet capite ptis Statuti
de gratia non extendenda.

De poena retinentis capras. lxviij

Statuimus et ordinamus ut materia litigandi, et iurgia et alia incomoda, et inimicitia que segui
de facili possent inter homines et personas Terre Irenij amputent propter dana immensa
et innumerabilia que quotidie inferuntur per capras que contra debitum racionis et muni-
tenj in dicto districtu detinentur. Et ad declarandũ certa Statuta antiqua, et ambigua
posita in uolumine Statutor Terre Irenij etc. Quòd nulla persona tam terrigena quàm
